zu Bild Nr.
479
477
483
473
488
468
528
428
578
378
Ende
Anfang

Samaritanis et Tartaris. Sed quia speciem habitus fratrum Praedicatorum tollere videntur, portare amplius non libuit, decrevi autem ab interiori parte vestimentorum ipsas cruces transponere.

Et his paractis ad solita religionis nostra exercitia et ad implendum mihi commissa officia me reduxi.

Fuerunt autem dies meae primae evagationis 215 anno Domini 1480. Deinde vero secundae evagationis 289, quam inchoavi anno Domini 1483 et redii anno 1484 in die Agnetis secundae; et praedicare in conventu reincepi ad laudem et gloriam Domini mei Jesu Christi et beatissimae Mariae Virginis et beati Dominici patris nostri et pro salute animae meae et proximorum aedificatione.

SEQUITUR ULTIMA PARS EVAGATORII,

et finalis totius operis, et est XII tractatus et ultimus, alio tamen volumine contentus.

Sicut saepe in praecedentibus promisi, quod ultimo loco evagatorii ponere vellem Alemanniae, Sueviae et civitatis Ulmensis descriptionem, ita et conatus fui facere. Sed dum in labore essem, intellexi, in quibusdam locis haberi descriptiones et chronicas et annalia de praefatis, idcirco manum retraxi a coeptis, quousque videro praefatas chronicas, nec quiescam, nisi libri ad meas manus venerint, et tunc perficiam, quae promisi in prima parte Evagatorii, Folio 3. B. et in II. Parte, Folio 2 a.

Explicit Evagatorium Fratris Felicis Fabri de sacra peregrinatione Jerosolymitana.

© Stadtbibliothek Ulm, 2010. Signatur: 16 739-4;